



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

Sectio IV. De præsentatione sive ipso actu præsentandi & ejus
circumstantiis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

quoad dominium directum, aut utile, & consequenter neque fructus rei oppignoratz, inter quos numeratur etiam jus patronatus.

SECTIO IV.

De presentatione sive ipso actu presentandi & eius circumstantiis.

§. I.

An presentatio facta à possessore iuris patronatus, etiamsi ius proprietatis non habeat, valida sit?

Valer non tantum presentatio, si facta sit ab eo, qui bona fide ius patronatus possidet, sed etiam consequens ad eam institutio, ita ut removeri hic amplius non possit, quamvis postmodum appareat, quod verus Patronus ille non fuerit, prout sumitur ex *c. consultationibus 19 h. t. c. querelam 24 de Elect. iunct. Gloss. verbo. super iure.* Neque enim, quod legitime factum est, irritari debet, aut retractari, licet ad eum casum deveniat, à quo incipere non potuit, & fructus iuris patronatus, qualis est presentatio, ad possessorem pertinet, ita tamen, ut nec solus communis error, in re hac privata sine possessione ad validam presentationem sufficiat, nec sola qualis qualis possessio, sed quæ sit cum bona fide, cum solus communis error non det titulum, & mala fidei possessor nullos fructus suos

faciat, sed consumptos etiam rebus teneatur, Quin imò, si limitari presententur diverti ab eo, qui in possessione presentandi est, & ab eo, qui in patronatus ad se pertinere dicit, indurum sit, nullum ius possessori presentandum competere, presentatio erit de iure communi Decretalium, à bona fidei possessore presentanda, die tamen de iure Tridentini *Sess. 24 cap. 9. de Reformat.* requiritur, ut ad validam à possessore factam presentationem, ut doceat hic de iure, quo iure jus patronatus ad eum pertinet, vel saltem, quod tale jus per multiplicitas presentationes, supra hominum memoriam, jam præscriptum.

§. II.

An Patronus possit presentare ipsum, vel filium suum, si sit abbas, & si plures sint patroni, an unus ex illis, ac denique an semper dignior, vel dignior presentari debeat.

SE ipsam patronus ad vacantem Ecclesiam, cuius Patronus est, presentare non potest, nec per se ipsum, nec per alium ex illius commissione, vel ingentem, quamvis Clericus, & abbas sit, *c. per nostram 26. h. t. ut re. de heret. ambitionis infamia notetur, & non presentantem, ac presentatus de beneficio sufficiens habeatur, que non minus inter hos, quam inter donatos accipientem esse debet: potest tamen si ab Episcopo illi conferatur, speciatim aut interpositis precibus beneficium, quo ius ipse patronus est, illud recipere, *c. 1.**

§. III.

An Patronus licite possit in præsentando variare, sive mutare sententiam, alium presentando ante institutionem v. g. prius presentati?

Patronus laicus (cumulative, non autem privative) variare potest, alium presentando, si prius presentati nondum fuerit facta institutio, non autem Patronus Ecclesiasticus c. quod autem 5. & c. cum autem 24. h. t. ita tamen, ut ille, qui prius presentatus fuit, per talem mutationem, aut variationem non rejiciatur à Patrono, cum tantum cumulative, non autem privative varaverit, sed penes Episcopum fit in tali casu eligere ex duobus v. g. taliter presentatis, quem ipse voluerit; si pariter idonei sint: quia tamen variatio talis odiosa est, hinc restringenda illa potius, quam amplianda est, ita, ut non concedatur juxta probabiliorē sententiam, quod sæpius ea fieri possit, sed unica tantum vice, prout colligitur etiam ex cit. c. cum autem. nisi fortassis prima presentatio omnino nulla fuisset, quo in casu non censeretur fieri cumulatio presentando secundum, sed presentando tertium. Rationem autem, quare laicus Patronus, non autem Ecclesiasticus variare possit, communiter assignant eam, quod laicus Patronus minus expertus sit circa Ecclesiastica, & minus etiam tempus ad presentandum habeat, quam Patronus Ecclesiasticus, & hinc non privatur illā potestate presentandi, etiam si scienter indignum presentaverit, sed ad aliam presentationem faciendam

pro his casibus nec jura, nec allatæ rationes urgeant.

Filium tamen suum, si idoneus sit, presentare potest patronus ad Ecclesiam, cujus Patronus est, uti sumitur ex c. consuluit 15. h. t. in 6. Gloss. verbo: concedunt. cum nec sit una physice persona cum patre filius, neq; in spiritualibus acquirat patri, quod acquirat. Severè tamen de jure Canonico prohibicum est, ne parentes jus patronatûs Ecclesiarum emanent, aut aliter juxta modo comparant cum ea intentione ut ad Ecclesias tales postmodum filios suos, aut nepotes presentent c. quia Clerici. 6. h. t. ad effugiendam scilicet Simoniam mentalem, quæ in tali casu intervenit.

Si plures tamen sint patroni, possunt unum ex se ipsis presentare, si idoneus ille sit, juxta Gloss. fin. in cit. c. consuluit & argu. c. cum in iure 33. de elect. cum in tali presentatione nihil in contrarium probent allatæ rationes, & jura, & sicut electores unum ex se ipsis eligere possunt, ita possunt etiam Patroni unum ex se ipsis presentare; & quamvis juxta Trident. Sess. 14. cap. 18. de Refor. qui dignior post examen habitum reperiatur fuerit, presentari Episcopo deberet, si patronatus sit Ecclesiasticus, communissima tamen praxis habet, & tam Ecclesiastici, quam laici patroni, suæ obligationi satisfecisse se putant, si dignos & idoneos presentent, ab Episcopo post examen de idoneitate instituendos.

dam admittitur, non autem Patronus Ecclesiasticus, qui si scienter indignum præsentavit, privatur ea vice præsentandi facultate.

§. IV.

Intra quod tempus præsentatio fieri debeat à Patrono, sive laico, sive Ecclesiastico?

SI Patronus sit laicus, sive si jus patronatus laicale sit, intra 4. menses præsentari debet, si verò sit Ecclesiasticus Patronus, sive jus Patronatus Ecclesiasticum, intra 6. menses à die cognitæ vacationis. *c. eam te 22. c. cum propter 27. h. t. c. uni. 6. eod. §. verum ita tan. 5. ut currat quidem hoc tempus etiam diebus feriatis, quibus præsentatio fieri potest, non tamen currat Patrono ignorantem, vel legitime impedito argu. c. quia diversitate 5. de concess. præben. quare autem plus temporis ad præsentandum Ecclesiastico concedatur, quam laico, ratio est, quòd, cum Ecclesiasticus Patronus in hoc gravetur, ut variare non possit, plus temporis videatur ad præsentandum illi concedi debere, quam laico Patrono, qui variare potest, ut ait *Glossa in eis. c. uni. h. t. in 6.* quòd si tamen ejusdem Ecclesiæ duo v. g. Patroni sint, unus Ecclesiasticus, sive jure Ecclesiæ, alter laicus, sive jure laicali, tum laicus, quamvis variare possit, 6. menses tamen habet ad præsentandum propter communionem cum Patrono Ecclesiastico, tum quòd dignius ad se trahat minus dignum, tum quia universum socius per se non privilegiatus, commodum socij*

privilegiati, in re communi, & in re sua sentit, ne ex socio privilegiatum suum patiatur.

§. V.

An post tempus ad præsentandum jure definitum, elapsum, liceat auctoritate Episcopus liberè institui, si sit sine præsentatione Patroni?

RESP. Si inter Patronos lis, sive controversia orta sit de jure præsentandi, debet Episcopus differre institutionem rectoris in Ecclesia tali, usque dum certum sit tempus ad præsentandum præfixum (quod in isto casu à tempore vacationis curriere, etiam impedito, accipit) si tamen constet Ecclesiam Patronatam esse: quòd si verò de hoc non constet, potest statim Episcopus, licet ordinarius, ad quem jus instituti pertinet, liberam institutionem rectoris facere, vel si constet quidem Ecclesiam Patronatam esse, prius autem tempore præsentatione præfixum expirasset, quam lis finita sit, ne ex duram vacatione patiatur Ecclesiæ potestatem, ad quem jus instituti pertinet, in tali Ecclesia spectat, liberè conferre Ecclesiam talem, in vitis etiam illis, qui de jure præsentandi contendunt, si tamen Clericus taliter institutus, postea à Patrono, qui jus patronatus in judicio obtinuit, præsentari debeat Episcopo, ut præsentatus talem judicialiter patronatum declaratum agnoscat, & licet in patronatu suo quasi possessione confirmatus, prout notat *Gloss. fin. in c. si verò 1. de aliquo*

aliquid, etiam si declaratus taliter in iudicio, post legitime ex juris concessione factam institutionem, nolit eum presentare. Quod si tamen lis sit, sive controversia inter Episcopum, & qui Patronum se asserit, contendente Episcopo Ecclesiam liberam esse, altero vero pretendente, eam patronatam esse, & quidem sui patronatus, debet Episcopus œconomum, vel administratorem in tali Ecclesia constituere, dum lis expediatur, ne aut Ecclesia, aut alteri fiat præjudicium.

SECTIO V.

De potestate Episcopi & Summi Pontificis circa Ecclesias & beneficia patronata, & de amissione juris patronatus.

§. I.

An, si Episcopus instituat, sine consensu, vel presentatione patronati, valida sit institutio, & an possit fieri presentatio ad Ecclesiam non vacantem?

Institutio ab Episcopo in Ecclesia patronata sine presentatione patroni facta, ordinariè nulla est. *Illud 8. & c. ex insinuatione 14. h. t.* si tamen contra illam Patronus infra tempus ad presentandum concessam reclamet, ita ut nec tacite (præsens v. g. ordinationi, seu institutioni tali, & nihil contradicens, cum tamen possit) consentiat, vel tempus ad presentandum præfixum elabi patiat, nullo per negligentiam presentato, quo in casu devolutioni locus est.

Nunquam tamen vocatio ad Ecclesiam non vacantem est valida (ita ut si postmodum, cum ea vacaverit, & intra tempus à nota vacatione præscriptum, nullus à Patrono presentatus fuerit, possit liberè Episcopus eam conferre) & promissio à Patrono, de presentatione faciendâ, cum vacaverit Ecclesia, nullam inducit obligationem, cum etiam talis promissio nulla sit, & irrita arguitur. *2. & 3. de concess. preben. & c. 2. eodem in 6.* quia periculum captandæ alienæ mortis occasionem præbet, prout supra jam dictum.

§. II.

An Episcopus possit Ecclesiam, vel beneficium patronatum, donare, vel unire alteri Ecclesie, vel beneficio, & an Episcopo donari possit à Patronis jus patronatus in Ecclesiis aliena, vel propria Diœcesi?

Non posse Episcopum Ecclesiam, vel beneficium patronatum alteri Ecclesie, aut beneficio concedere, vel unire sine consensu patroni, sive laicus hic sit sive Ecclesiasticus, ex præjudicio, quod fieret per talem unionem patronis, suum jus patronatus amittentibus, patet. Sicuti autem concessio Ecclesie per modum incorporationis à patrono facta, per subsequentem Episcopi consensum ratificari potest, ut ex eo tempore fiat valida, prout sumitur ex *c. suggestum 20. iunct. Gloss. verbo subsecutus. h. t.* ita valida etiam est concessio beneficij, vel Ecclesie patronatæ ab Episcopo facta, si consensus patroni ex postfacto accedat, quia patroni consensus